






VII
162
L
6
68
S. L.
ET A.













La presente opera (de duobus amantibus) è stampata a Roma, Adam Rot, c. 1472

Caratt. nel puro stato orig., senza traccia del 9 usato da Gensberg e Schurener.

(Communicaz. del Sig. G. Martini)

Mancano due carte bianche: la 1 e la 39

Incipit tractatus de duobus se inuicem diligentibus Cōpositus per dominū Eneam siluiū poetam Imperialemq; Secretariū· Qui tandem ad sūmi Apostolatus apicem assumptus Pius papa secundus uocatus est·

Magnifico et generoso militi dn̄o Gaspari slick domino Nouicastri Cesareo cācellario ac terrarum Egee Cubitiq; Capitaneo domino suo precipuō· Eneas siluius poeta Imperialisq; secretarius Salutē plurimā dicit· Marianus sozinus Senēsis cōterraneus meus Vir tum mitis ingenii tum multarum lrārum· cuius adhuc similem uisurus ne sim uereo· duos amantes ut sibi describerem rogatū me his diebus effecit· nec referre dixit rem ueram agerem / an more poetico fingerē· nescis quur sic et mirabere si tibi hominē expendam· Nihil ei pter formā natura inuidit bonitio est· nasci ex mea familia debuit cui parnorum hominū est cognomen Vir est eloquēs Iuris utriusq; consultus· hystorias omnes nouit· poetice peritus est· carmē facit et latinū et tuscū· philosophie tam scius q̄ plato· Geometer quasi boetius· In numeris macrobio similis· nullum instrumentū ignorat musicū· Agriculturā quasi virgilius nouit· nihil ciuile uiro ignotum· Dum iuuenili adhuc stabant in corpore uires·



alter Entellus erat luctandi magister nõ cursu non saltu· non cestu poterat superari· Preciosi ora sunt interdum parũi corporis uascula· ut gẽme lapillique testantur· Nec abre fuerit illud in hunc referri quod de Thideo scribit Statius· maior in exiguo regnabat corpore uirtus· Dii formam huic homini et immortalitatem si dedissent Is etiam erat deus· Sed nemo sortitus est omnia· Inter mortales nullum adhuc noui· cui pauciora q̃ huic defuerint· quid qđ minutissima etiam didicit quasi alter· Appelles sic pingit· nichil emendatius est· nichil lucidius q̃ sua manu scripti codices· Sculpit ut Praxiteles· nec medicine ignarus est· Adde uirtutes morales q̃ alias regunt ducuntque· Noui meis diebus plerosque studiis litterarum deditos disciplinis qui admodum habundabant· Sed hi nihil ciuilitatis habebant· nec rem publicam nec domesticam regere norant Stupuit pagliarien· et furti uillicum accusauit· qui Suem fetam undecim porcellos· asinam unum dũtaxat enixam pullũ retulerat· Gomitius Mediolaneñ· grauidum se putauit diuque partum ueritus est quia se uxor ascendit· Hy tamen iuris maximũ lumen habiti sunt In aliis preterea uel fastum uel auariciã iuenies Hic perliberalis ẽ plena illi semp domus est honestis hospitibus· nulli aduersus ẽ· pupillos tuetur· egros solatur· pauperibus subuenit·

uiduas iuuat· nulli indigenti deest· uultus eius
quasi Socraticus semper est idem· In aduersis
fortez animum prebet· nulla fortuna inflatur·
Versutias nō ut exerceat sed ut caueat q̄s libꝫ
nouit / ciuibus dilectus est / pegrinis amatus :
nulli odiosus est / nulli grauis· At homo tātaꝝ
uirtutum / cur nunc rem leuiusculam exigat nō
scio· Illud scio / nihil illi me negare fas est· eum
namq; dum Senis essem unice dilexi / nec dimi
nutus est amor q̄uis sepatus sit· Is quoq; cum
esset ceteris nature dotibus preditus / tamen
hoc maxīe dono pollebat / ut nullis erga se steri
lem amorem esse sineret· Huius ergo rogatus
non censui respuendos· scripsiq; duorum aman
tium casus / nec finxi / Res acta Senis est / duꝫ
Sigismūdus Impator illic degeret· tu etiaꝫ ad
eras· et si ueꝝ his auribus hausi opam amori de
disti· ciuitas ueneris est· aiūt qui te norunt ꝙ
uehemēter arseris· ꝙq; nemo te gallior fuerit·
nihil ibi amatorie gestū esse te inscio putant·
Ideo historiam hanc ut legas precor· et an uera
scripserim uideas· nec remisci te pudeat si qd
hmōi nōnunq̄ euenit tibi· hō eīm fueras· Qui
uero nunq̄ sensit amoris ignem / aut lapis ē aut
bestia· Ipsum namq; uel per deoꝝ medullas nō
latet ignea fauilla·

Alia epistula eiusdē domini Enee ad illum / ob cuius rogatum primo historiam infrascriptam contexit.

Eneas Siluius poeta impialisq́ secretarius. S. P. D. Marino Sozino utriusq́ iuris īterpreti et conciui suo. Rē petis haud couenientē etati mee / tue uero et aduersā et repugnātē. Quid enim est q́ uel me iam pene quadragenarium scribere / uel te quinquagenarium de amore cō ueniat audire. Iuuenes animos ista delectāt et tenera corda deposcunt / senes autē tā ydonei auditores sunt amoris / q̄ prudētie iuuenes. nec quicq̄ est senectute deformius / que uenerē af fectat sine uiribus. Iuuenes tamen et aliquos amantes senes / amatum nullū. Nam et matro nis est et puellis despectū seniū. nullius amore tenetur mulier nisi quē uiderit etate florentē. si quid aliter audis deceptio subest. Ego uero cognosco amatorium scriptum mihi non conue nire / qui iam meridiem pretergressus in uespe rum feror. sed non minus me scribere q̄ te pos cere dedecet. ego debeo tibi morigerus esse. tu uide quid postules. Nam quāto es natu ma turior / tāto equius est parere amicitie legibꝫ. quas si tua iustitia non ueretur / mandando in fringere / nec stultitia mea transgredi timebit obediēdo. Tua in me tot sūt benefitia ut nihil

negare petitionū tuarū queam / etiā si inmixtū
sit aliquid turpitudinis. Parebo igitur petitiōi
tue iam decies multiplicate. nec āplius negabo
qd tanto postulas desiderio. non tamen ut ipe
flagitas fictor ero. nec poetica utemur tuba dū
licet uera referre. Quis enī tam neq̄ est ut mē
tiri uelit cum uero possit se tueri. quia tu sepe
amator fuisti / nec adhuc igne cares. Vis tibi
duorū amantiū ut hystoriam texam. nequitia ē
que te non sinit esse senem. Ero morigerus cu
pi ditati tue et hanc nimis egri canitiem prurire
faciā. nec fingam quando tanta est copia ueri.
Quid enim est toto terrarū orbe amore cōius
q ie ciuitas quod opidulū que familia uacat exē
plis. quis trigesimum natus ānum amoris causa
nullum pegit facinus. ego de me coniecturam
facio / quem amor in mille picula misit. Ago su
peris gratias q structas insidias millies fugi. fe
licior astro martis quem uulcanus cum uenere
iacentem ferreo illaqueauit reticulo. deriden
dumq diis ceteris ostētauit. Sed alienos q̄ me
os amores attingam. nedum uetusti cineres ig
nis reuoluo / scintillam adhuc uiuentem repiam
Referam autem mirum amorem peneq incre
dibilem / quo duo amantes ne dicam amentes
Inuicē exarsere. nec uetustis aut oblitteratis
utar exemplis / sed nostri temporis ardentes
faces exponam. Nec troyanos aut babiloneos

se d nostre urbis amores audies quauis ex amã
tibꝫ alter sub artheo natus fuerit celo· forsitan
et huic suggerere aliquid utilitatis licebit· Nã
cum puella que in argumentum uenit amore
perdito interplorandum mestam et indignan
tem exalauerit animam· Alter uero nunq̃ post
hac uere leticie particeps fuerit· cõmonitio que
dam iuuenibus erit his ut abstineãt nugis· Au
diant igitur adolescentule et hoc edocte casu
uideant ne post amores iuuenum se ea t perdi
tum· Instruit hec historia iuuenes ne m litie se
accingant que plus fellis habet q̃ mellis· sed ob
missa lasciuia que homines reddit insanos / uir
tutis incumbant studiis que possessorem sui
sola beare potest· In amore autem quot lateãt
mala si quis aliunde nescit hinc poterit scire·
Tu uale te historie quã me scribere cogis attẽ
tus auditor esto·

Hic incipit hystoria principalis

VRBEM Senam vnde tibi et mihi origo ẽ
Intranti Sigismundo cesari quot honores im
pensi fuerint Iam ubiq͛ uulgatum est· Palaciũ
illi apud Sacellum sancte Marte supra uicum
qui ad tophorum ducit portam structum fuit
Huc postq̃ cerimonie pacte sũt cum uenisset
Sigismũdus quatuor maritatas obuiã habuit /

nobilitate / forma / etate / ornatuq́ pene pares an mortales sed deas unusquisq́ putauit si tres dūtaxat fuissent Ille uideri poterant quas referūt paridem per quietem uidisse. Erat Sigismundus licet grandeuus in libidinem pronus / matronarū alloquiis admodū oblectabatur et femineis blandimentis gaudebat nec suauius illi quicq̄ fuit illustriū aspectu mulierū. Vt ergo has uidit desiliēs equo inter manus earū receptus est. et ad comites uersus / similes ne unquā his feīas uidistis. ego dubius sum an facies humane sint an angelici uultus / sūt celestes certe Ille oculos humo deicientes ut uerecundiores fiunt sic pulcriores redduntur. Sparso namq́ inter genas rubore tales dabant ore colores quales nitidum ebur hostio uiolatum. aut quales reddunt immixtis purpureis rosis lilia. precipue tamen inter eas nitore Lucretia fulsit. adolescentula nōdum ānos nata uiginti In familia camillorū Menelao p̄diuiti uiro nupta Indignū tamen cui tātum decus domi seruiret sed digno quem uxor deciperet. et sicut nos dicimus cornutum quasi ceruū redderet. Statura eminētior reliquis. come illi copiose et aureis laminis similes. quas nō more uirginum retro fusas miserat. sed auro gēmisq́ incluserat. Frons alta spaciiq́ decētis nulla intersecta rūga. supcilia in arcum tēsa pilis paucis nigrisq́ debito inter

uillo disiuncta· oculi tanto splendore nitentes
ut in solis modum respicientiū intuitus ebeta
reut· His illa et occidere quos uoluit poterat
et mortuos cum libuisset in uitam resumere·
Nasus in filum directus roseas genas equali
mensura disterminabat· Nihil his genis amabi
lius nihil delectabilius uisu· que cum mulier ri
sit in puam utrinq3 dehiscebāt foueam· nemo
hanc uidit qui non cuperet osculari· Os paruū
decēsq3 labia corallini coloris et ad morsum ap
tissima· dentes paruuli et in ordinem positi ex
cristallo uidebantur per quos tremula lingua
discurrens / non sermonem sed armoniam sua
uissimā mouebat· Quid dicam menti speciem·
aut gule candorem· Nihil illo in corpore nō lau
dabile· Interioris forme iudiciū faciebat exte
rior· Nemo hanc aspexit qui uiro nō inuiderit
Erant insuper eius in ore multe facecie· sermo
is fuit qualem rumor est graccoꝝ matrē habu
isse Corneliam siue hortēsii filiam· nec suauius
aliquid eius orōne nec modestius fuit· Non ut
plereq3 tristi facie honestatem ostendebat sed
alacri uultu modestiam· non timida· non audax
sed tempatum uerecūdie metu uirilem animū
femīeo in corpore gerebat· Vestes illi multipli
ces erant· non monilia non fibule non banthi nō
armille deerant· redimicula capitis mirifica· mul
ti uniones adamantesq3 tum in digitis tum in

ſerto fuere· Nõ helenam pulcriorem fuiſſe cre
diderim· quo die paridem in cõuiuium Mene
laus excepit· Nec ornatiorem Andromachẽ·
cũ ſatis hectoris iniciata eſt nupciis· Inter has
Caterina petruſia fuit· que paulopoſt uita fũc
ta ceſarem in funeribus habuit· qui et natum ei
us militia ante ſepulchrum donauit· q̃uis in fau
ces huius quoq; mirabil' forme decus elucebat
Inferior tam ẽ Lucretia erat· Omnis de Lucre
tia ſermo audiebatur· hanc ceſar· hãc ceteri cõ
mendabant· Intuebanturq; quocũq; illa uerte
batur· eo et oculi ſequebantur aſtantium· Et
ſicut orpheus ſono cythare ſiluas ac ſaxa ſecũ
fertur traxiſſe· Sic iſta homines ſuo quocũq;
uolebat intuitu ducebat· Vnus tamen inter
omnes plus equo in illam ferebatur Eurialus
francho quem nec amori forma nec diuitie red
debant ineptum· duoꝝ et· xxx· annoꝝ erat· nõ
eminentis ſtature· ſed lete grateq; habitudiꝫ·
Illuſtribus oculis malis ad gratiam tumeſcenti
bus· ceteris membris non ſine quadam mageſ
tate decoris ſtature correſpondentibus· Re
liqui curiales propter longinquã militiã omnes
auro excuſſi erant· Hic quia et domi habunda
bat· et propter amicitiam ceſaris magna mune
ra recipiebat· Indies ornatior cõſpectibus ho
minum reddebatur· Longum famulorum ordi
nem poſitione ducebat· Nunc auro illitis· nunc



muricus tirii sanguine tinctis. Nūc filis que legūt seres textis uestibus utebatur Tum equitales illi erāt quales in fabulis est ad troyam uenisse menonis. Nihil huic ad excitandum illum blandū animi calorē magnāq mentis uim quam uocant amorē preter ociū deerat sed uicit Iuuentus et luxus. tum leta fortune bona quibus ille nutrit. Nec potens Eurialus fuit ut Lucretiam uidit ardere puellā cepit. herensq uultui nihil satis uidisse putabat. nec impure dilexit. mira res. multi egregia forma Iuuenes. sed unū hūc Lucretia j plures honesti corporis mulieres Sed hanc unam Eurialus sibi delegit. Non tamen hac ipsa die uel mense flāmam Lucretia cognouit Euriali uel ille Lucretie. sed amare se frustra uterq putauit. Vt igitur cerimoniis sacro cesaris capiti patis modus fuit. et illa domū reuersa in Eurialum tota et in Lucretiā totus Eurialus ferebatur. Quis nūc tisbes et pirami fabulam demiretur. Inter quos noticiam primosq gradus uicinia fecit. Et quia domus habuere contiguas tempore creuit amor. Hi nusquā prius se uiderant nec fama cognouerāt Hic franco et illa etrusca fuit. nec lingue commerciū intercessit. sed oculis res tantum gesta est cum alter alteri placuisset. Saucia ergo graui cura Lucretia et igne capta ceco Iam se maritatā obliuiscitur uirū odit et alens uenereū

Fabula TISBES et PRIAMI

uulnus infixos pectore tenꝫ Eurïali uultus nec
ullam membris suis quietem prebet secūqꝫ nes
cio qd obstat ait ut amplius uiro herere neque
am· nil me iuuat eius amplexus / nil oblectant
oscula / fastidia uerba ĩgerunt pegrini semper
ante oculos est ymago quī hodie proprior erat
cesari· ex cute conceptas e casto pectore flam
mas / si potes infelix· si possem non essem egra
ut sum· noua me uis inuitā trahit· aliud cupido
suadet aliud mēs· scio quid sit melius· quo de
terius est sequor· O ciuis egregia et nobilis /
quid tibi cum peregrino est· quid in extraneo
ureris· quid thalamos alieni concipis orbis· si ui
rum fastidis / hec etiam potest dare terra qđ
ames· Sed heu mihi· quenā illius est facies· quā
uero moueat eius forma· etas / genus / uirtus /
certe mea pectora mouit· et nisi fert opem de
spero· dii meliora dent· Vach prodam ego cas
tos hymeneos· neqꝫ aduene nescio cui credam
qui ubi abusus me fuerit abeat· uirqꝫ sit alteri
us· et me pene relinquat· sed non is ē eius uul
tus non ea nobilitas animi uidetur· nec gratia
forme illa est ut timeam fraudes· et amoris ob
liuia nostri· ⁊ dabit ante fidem· cur tuta timeā
accingar et omnem metum pellam· ego quoqꝫ
ita sum pulchra ut nō me minus ille uelit q̈ ego
ipsum cupiam semper se mihi debebit· si semel
ad oscula receptus fuerit mea· quot me ābiūt

proci quocunq pergo · quot riuales ante fores excubant meas / dabo amori operam · aut hic manebit / aut me secum abiturus abducet · ergo ego et matrem et uirum et patrem relinquam Sena est mater et meis semp infesta gaudiis / uiro carere q̄ potiri malo / patria illic est ubi delectat uiuere / at famam perdam / quid mihi rumores hominū quos ipsa non audiā ; nihil audit qui fame minus studet multe hoc fecerūt alie rapi Helena uoluit / non inuitam asportauit paris · quid ad Adrianam referam uel Medeam · nemo errantem arguit qui cum multis errat · Sic Lucrecia nec intra pectus minora incendia nutriebat Eurialus medias inter Cesaris curiā et Euriali domū Lucrecia edes habuit · nec palacium petere Eurialus poterat / quibus illam ex altis sese osttētantē fenestris haberet in oculis Sed erubuit semp Lucrecia cum Eurialū uidit que res Cesarem dedit amoris cōsciū / nam cū ex sua cōsuetudine / nunc huc / nunc equitaret illuc et hac sepe transiret / animaduertit mutari feminā Euriali aduentu / qui sibi quasi Octauiano mecenates adscribat · ad quem uersus / En Euriale siccine uris feminas / mulier illa te ardet · Semel uero tanq̄ inuideret amanti / ubi ad edes Lucrecie uētū est / Eurialo oculos pileo contexit / nec uidebis inquit qd amas / ego hoc spectaculo fruar · tuz Eurialus / quid hoc signi

est Cesar / nihil michi cum illa est· sed hoc face
re incautum est / ne circumstantes in suspitionem
adducas· Erat Eurialo spadix equus ardue cer
uicis argutique capitis / quem et breuis aluus / et
obesa terga spectabilem reddebant animoso pectore
thoris luxuriantibus / qui sonante tuba stare loco
nesciebat· micabat auribus et collectum fremens
uoluebat sub naribus ignem· Densa iuba et dex
tro iactura recumbebat in armo / et cauans tellu
rem solido cornu grauiter sonabat ungula / simi
lis illi fiebat Lucrecia Eurialo uiso· que licet
dum sola fuit claudere uiam destinasset amori
ut tum illum aspexit nec modum flamme nec sibi
ponebat· sed ut siccus ager qui admisso igne
comburitur· si chori perflent altius flammescit / sic
infelix Lucrecia exardebat· Ita est sane ut sapi
entibus uidetur· humiles tantum casas habitat ca
stitas / solaque pauperies affectu sano tenetur·
et que domus se coherces modico diuites edes
nescit pudicicia· quisquis secundis rebus exultat
luxu fluit / semperque insolita appetit / delicatasque
elegit domos· et penates magnos dira fortune
comes libido· Intuens igitur Eurialum sepe tran
seuntem Lucretia nec ardorem compescere po
tens diu secum cogitauit cui se patefaceret· nam
qui tacitus ardet magis uritur· Erat inter uiri
seruos Sozia theotonicus senex hereque fidus·
cui iamdiu seruiuerat liberaliter· hunc agreditur

amans plus natiōi q̄ hōi credens. Ibat magna
procerū stipante caterua ꝑ urbem Cesar. Iamq̄
Lucrecie domū preteribat / que ubi adesse cog
nouit Eurialū Adesto inquit Sozia / paucis te
uolo / respice deorsū ex fenestra Vbinam gen
tium iuuentus est huic similis / uide ut omēs ca
lamistrati sunt erecti eminentibus humeris.
Aspice cesareos et madido cirro contortos cri
nes. O quales facies / omnes lactea colla ferūt
q̄ forti pectore. Aliud est hoc genus hominuʒ
q̄ terra nostra ꝑducat. Semen hoc deoꝝ / aut
celo missa ꝓgenies. O si mihi ex his uirū fortu
na dedisset / nisi testes oculi essent nunq̄ tibi
hec narranti credidissē. Et si fama fuisset omī
bus gentibus prestare germanos / credo subiec
tam boree plagam ex frigore magno albedinē
mutuari. Sed nosti tu aliquos. q̄plurimos inqt
Sozias. tum Lucrecia / franconē Eurialū nostr
tanq̄ me ait. Sozias Cur tamē hoc rogas / dicā
inquit Lucrecia. scio ꝙ in apertū nō ibit. hanc
spem mihi tua bonitas facit Ex his qui Cesari
adstant / nemo est mihi Eurialo gratior In hūc
animus meus cōmotus est / nescio qbus exuror
flāmis / nec illū obliuisci nec mihi pacē possū da
re nisi ei me facio notā. Perge oro sozia cōueni
Eurialū / dic me ipsum amare / nil uolo ex te am
plius / nec tu frustra hoc nunciū facies. Quid
audio refert Sozias Eccine me flagicia facere

aut cogitare hera prodam ne ego dominum Iamque senex incipiam fallere, quod iuuenis abhorrui quin potius clara progenies huius urbis extirpa nephandas flammas e casto pectore, ne obsequere dire spei extingue ignem. Non egre amorem pellit qui primis obstat insultibus, qui dulce malum blandiendo nutrit, duri et insoletis domini seruituti se dat nec cum uult excutere iugum potest. Quid si hoc resciret maritus heu quibus ille te laceraret modis nullus diu latere potest amor. Tace inquit Lucretia nihil loci terrori est, nihil timet qui non timet mori, quemcunque dederit exitum casus feram. Quo misera pergis Sozias retulit, domum infamem reddes, solaque tui generis eris adultera tutum esse facinus reris mille circa te oculi sunt non sinet genitrix occultum scelus, non uir, non cognati non ancille, serui ut taceant Iumenta loquentur et canis et postes et marmora te accusabunt atque ut celes omnia qui uidet omnia celare non potes deum quid pena presens conscie mentis, pauor et animus culpa plenus seque ipsum times negata est magnis sceleribus fides. Compesce impii amoris flammas obsecro Expelle facinus mente casta horridum, metue concubitus nouos miscere talamis mariti. Scio rectum esse quod dicis requiit Lucretia sed furor cogit sequi peiora scit animus quantum precipicium instat, et ruit

sciens · uincit et regnat furor / potensq; mente tota dominat amor · Stat sequi quod regimē amoris iubet · nimis heu nimis reluctata sū fru stra perfer si mei te miseret nūcium · Ingemu it super his Sozias per que has dixit cauas sene ctute comas fessumq; curis pectus et fida que prebui generi tuo seruitia precor suplex siste furorem · teq; ipsam adiuua / pars sanitatis est uelle sanari · Tum Lucretia omnis apud me in genium reliquid pudor · parebo tibi Sozia amo rem qui regi nō uult uincam · unicum effugium est hui us mali morte ut preuertaz nephas · Ex territus hac uoce Sozias / moderare inquit hera mentis effere impetus / coherce animos / nunc uita es digna quia te nece dignam putas · decre tum est ait Lucretia mori admissum scelus col latini uxor gladio uindicauit / ego hōestius mor te preueniam cōmittēdum / genus leti quero / laqueo / ferro / precipitio / ueneno / uendicare ca stitatem licet · unum hoz; agrediar · Nō patiar inquit Sozias / ait Lucretia si quis mori consti tuit prohiberi non potest · porcia catonis filia mortuo bruto cū ferrū sibi subtractū esset car bones ardētes ebibit · Si tam pteruus inquit Sozias incubit mēti furor tue uite q̄ fame con sulendū est · Fallax sepe fama est q̄ malo melior bono peior nōnunq̄ datur · Temptemus hūc Eu rialū / et amori operā demus / meus erit iste la

bor / tibiq; ni fallor rem cōfectā dabo· his dictis
incensū animū inflāmauit amore / spemq; dedit
dubie mēti· sed nō illi animus erat ut qd dixerat
esset facturus· differre animum femine quere
bat· furoremq; minuere· ut sepe tempus extin
guit flāmas et adimit egritudinē dies· Existima
uit Sozia falsis gaudiis puellam ꝑducere donec
uel cesar abiret uel mens illius mutaret̃ / ne si ne
gasset alius nūcius quereret̃ aut ī se manus mu
lier iniceret· Sepe igit̃ ire atq; redire se finxit
et illū gaudere amore suo et tēpus ydoneū que
rere quo inuicē affari possint· dixit interdū nō
fuisse loquendi oportunitatē· nōnunq̃ se mitti
extra urbem studuit / atq; in reditū gaudia dis
tulit· sic diebus multis egrotū pauit animū / et
ne ꝑ omīa mētiret̃ semel tantū adorsus curialū
O q̄ bis dilectus es ait feis si scires· nec illi qd
hoc esset q̄renti ultra respōdit· et Eurialus cer
to cupidinis arcu percussus nullam mēbris qui
etem dabat· Igne furtiuo populante uenas / qui
totas penitus uorabat medullas· Non tamen
Soziā nouit nec Lucretie missum putauit· Ut
omnes minus spei habemus q̄ cupiditatis· Hic
ubi ardere se uidit diu prudētiam suā miratus
est seq; multotiēs increpauit· En Euriale quid
sit amoris imperiū nosti· Longi luctus breues
risus· Parua gaudia magni metus· Semper mo
ritur· nunq̄ mortuus est qui amat· quid tu te

his nugis immisceas. Iterum at cum se frustra
niti uideret. quid tandem ait in cassum miser
amori repugno. Non me licebit quod Iulium
licuit. quod Alexandrum. quod Hannibalem.
Sed q̄d uiros armatos refero. Aspice poetas.
Virgilius per funē tractus Ad mediaꝫ turrim
pependit. dum se muliercule sperat usuꝝ. Am
plexibus. excuset quis poetam ut laxioris uite
cultorem. Quid d̄ philosophis dicemus discipli
narum magistris. et artis bene uiuendi precep
toribus. Aristotilem tanq̄ equum mulier ascē
dit freno cohercuit. ⁊ calcaribus pupugit. Diis
equa potestas est Cezarum. Non est ueruꝫ q̄d
uulgo dicitur non bene cōueniunt nec in una se
de morātur maiestas et amor. Quis maior est
amator q̄ noster Cesar quotiens hic amori ope
ram dedit / Herculem dicunt qui fuit fortissi
mus et certa deoꝝ soboles / pharetris et leonis
spolio positus colū suscepisse / passimq̄ aptari
digitis smaragdos et dare legē rndibus capillis
et manu qua clauā gestare solebat / ꝓperāte fu
so duxisse fila / naturalis est hec passio. Sentit
ignes genus aligeꝝ nā niger a uiridi tur̄ amat̄
aue / et uariis albe iūguntur sepe colūbe Si uer
boꝝ memini que ad Pharonē siculū scribit Sa
pho. quid quadrupedes referā mouet ꝓ coniu
gio bella iuuētus Timidi cerui prelia poscunt /
et cōcepti furoris dant signa mugientes / urun

tur hircane tigres· Vulnificus aper dentes acu it / peni quatiunt terga·leones·cum uenit amor ardent insanie ponti belue nichil immune est nihil amorem negatū odium parit· cum iussit amor Iuuenū feroces cōcitat flammas senibus quoque fessis rursus extinctos reuocat calores uirginum ignoto ferit igne pectus· Quid ergo nature legibus renitar·Omnia uincit amor et nos cedamus amori·Hec ubi firmata sunt Lenam querit cui ceras ad nuptā ferendas cōmittat· nisus huic fidus comes erat harum rerum calidus magister hic pro nūciam suscipit·muliercalamque conducit cui lrē cōmittūtur in hanc sniam scripte·

Epistola Euriali ad Lucreciā

Salutarem te Lucrecia meis scriptis / si qua mihi salutis copia foret·Sed omnis tū salus tū uite spes mee ex te pēdet· Ego te magis q̄ me diligo· nec te puto latere meū ardorē lesi pectoris / iudex tibi esse potuit uultus meus sepe lacrimis madidus / et que te uidente emisi suspiria / fer benigne te p̄cor si me tibi aperio / cepit me decus tuum uinctūque tenet eximia / qua omnibus pietas uenustatis gratia / Quid esset amor ante hoc nesciui / Tu me cupidinis imperio subiecisti / pugnaui diu fateor uiolentā ut effugerem dominā / sed uicit meos conatus splēdor tuus / uicerunt oculorum radii / q̄bus es sole potē tior / captiuus sum tuus / nec iam mei amplius

compos sum / tu mihi et somniũ et cibi usũ ab stulisti / te dies noctesq; amo / te desidero / te uoco / te expecto / de te cogito / in te spero / de te me oblecto / tuus est aĩmus / tecũ sum totus tu me sola seruare potes / solaq; perdere · Elige hoꝝ alteꝝ · Et qd mente habeas rescribe / nec durior erga me uerbis esto / q̃ fueris oculis / q bus me colligasti · nõ peto rem grandẽ / ut allo quendi te copiã habeã postulo · hoc tantũ uolũt hee lrẽ / ut que nunc scribo dicere possim corã hoc si dicas uiuo / et felix uiuo Si negas exting uit̃ cor meũ / qd te magis q̃ me amat · Ego me tibi et tue cõmendo fidei · Vale anime et uite subsidium mee

Has ubi gẽma signatas̃ accepit lena festinõ gradu Lucreciã poscit · eaq; sola inuenta hanc inqt ep̃la tibi tota cesarea nobilior et potẽti or curia mittit amator · utq; te sui misereatur magnis p̃cibus rogat · Erat lenocinio nõta mu lier / nec id Lucreciã latebat pmolesteq; tulit · Infamẽ femirã ad se mitti iussit / atq; in eam uersa · que te ait scelesta in hãc domũ audacia duxit · que te dementia / meã adire presentiã suasit · Tu nobiliũ edes ingredi · tu matronas temptare potentes Et uiolare audes legitimas faces / uix me cõtineo / q̃n ca; illos inuoluem tu os · tu mihi des lrãs · tu me alloquaris · tu me re spicias: nisi plus qd me decet attenderẽ / q̃ qd

tibi couenit efficere / hodie ne post hac unq̃ ta
bellas amatorias ferres / recede otius uenefica /
tuasq̃ lr̃as tecũ defer / imo da ut lacerẽ igniq̃
dedam / arripiensq̃ papirũ in ptes diuersas sci
dit Et calcatam sepe pedibus atq̃ consputam
in cinerem coniecit · At sic de te ait / summi
supplicium lena deberet / igni q̃ uita dignior
Sed abi otius ne te uir offendat meus / et
quas tibi remisi / de te poscat penas · caueto q̃
a ↄmodum / ne ante conspectum redeas meum
Timuisset alia mulier · sed hec matronarum noue
rat mores · ⁊ intra se inqt Nũc uis maxime qa
te nolle ostendis · moxq̃ ad illã parce ait domi
na · putaui me bene facere tibiq̃ cõplacitũ iri ·
si secus est da ueniã imprudencie mee · Si nõ uis
redeam · parebo · tu quẽ despicias · amatorẽ uide
bis · Atq̃ bis dictis e cõspectu recessit Euria
loq̃ iuento · respira inqt felix amator · plus a
mat mulier q̃ amatur · sed nunc uõ fuit rescribẽ
di ocium Inueni mestã Lucreciã · at ubi te no
mino tuasq̃ litteras dedo hilarem uultũ fecit
miliesq̃ papirum basauit · ne dubita moxq̃ respõ
sum dabitur Et abiens uetula cauit ne amplius
iueniretur · ne p uerbis referret uerbera Lucre
cia uero postq̃ anus euasit · fragmenta p̄quires
epistole · pticulas quasq̃ suo loco reposuit et la
cera ꝟba cõtexuit Iamq̃ legibilẽ cyrographũ
fecerat · qd postq̃ milies legit · miliesq̃ deoscu

lata est tandem inuolutū sindone ·inter p̄ciosa iocalia collocauit ·et nūc hoc repetens· nunc il lud uerbum maiorē boratim bibebat amorē Eurialoq̨ rescribi statuit· atq̨ hūc in modū dicta tā epistolam misit

Ep̄l'a Lucrecie ad Eurialū respōsiua

Desine sperare qđ asseq nō licet Euriale p̄ce nūciis ac litteris me uexare· nec me illaꝝ ex grege esse credito que se uendūt· Nō sum quam putas ·nec cui submittere. Lenā debeas· quere aliā īcestuandā ·me nullus amor nisi pudicus se quat̄ · cū aliis ut libet agito· ex me nihil postules te meq̨ indignum· Vale· Hec ep̄l'a q̄uis du rior Eurialo uisa est et cōtraria lene dictis· uiā tamē ostendit ultro ·citroq̨ litteras missitādi Nec dubitauit Euriallus credere cui fidem Lu crecia p̄buisset· sed augebatur· qa sermonis Ita lici nescius erat ideoq̨ feruēti studio· curabat ediscere ·et quia sedulū faciebat amor· breui tē pore doctus euasit solusq̨ sibi dictauit ep̄l'as qui prius ab aliis mūtuabatur· quicq̄d etrusco sermone scribi oportuit· Respōdit ergo Lu crecie nil succensēdum esse. sibi q̄ īfamē· femi nā submiserit cū id se p̄egrinū lateret· qui alio uti nūcio nō potuerat missionis amorem fuisse causam qui nihil q̄reret īhonesti· credere se ipsā pudicā castissimāq̨ ·atq̨ idcirco maiori dignā amore· Insolentē feminā honorisq̨ sui p̄digam

nedū se nō diligere / sed maximo hodio ꝑsequi
pudicitia; nāqꝫ amissa nil esse qd in femina con
mēdetur / formā fore delectabilē bonū sed fra
gile caducūqꝫ / et cui nisi pudor adsit nihil ꝑcii
detur· que pudicitie formā adiunxerit eam di
uiuā esse mulierē ipsāqꝫ utraqꝫ dote pollentem
scire· ac ꝓpterea coli a se qui nihil ab ea peteret
libidinosum· aut obfuturꝝ fame optare se· tan
tū alloq ut animum suū q scriptis plene ostēdē
nequit ꝟbis apiat· Cūqꝫ his litteris munera mi
sit nō solū materia / sed opere etiā ꝑciosa Ad
hec Lucrecia sic rescripsit·

Epistola Lucretie ad Eurialū·

Accepi lrās tuas Iamqꝫ nil amplius de lena que
ror· qꝫ me ames nō magnifacio quia nec primus
es / nec solus quē mea forma deceperit· Multi
et amarunt et amant me alii / sed ut illoꝝ sic et
tuus erit uacuus labor· Habere uerba tecū nec
possum nec uolo Inuenire me solā nisi fias yrū
do nō potes· Alte sunt domus et aditus custo
dia clausi· Munera tua suscepi quia oblectauit
me opus illoꝝ· sed ne quid tuū gratis apud me
sit / neue hoc pignus uideatꝰ amoris remitto ad
te anulum quē matri mee uir dedit / ut apud te
quasi preciū sit uenditoꝝ iocaliū· nec enim mi
noris est precii gēma eius q̄ munus tuū Vale

Hiis Eurialus replicuit sic·

Magno mihi gaudio fuit epistola tua que

finem querelis fecit de lena. Sed angit me. ꝙ
amorem paruipendis meum. nam et si te plures
amant / nulloꝝ tamen ignis cõparandus ẽ meo
At tu hoc non credis / quia loqui tecum neq̃o
Id si daretur non me contemneres. O utinam
possem fieri yrundo. sed libentius trãsforma
ri in pulicem uellem. ne mihi fenestrã clauderes
at ego non quod nequeas / sed ꝙ nolis doleo.
nam quid ego nisi animum respicio Ach mi Lu
cretia quid dixti te nolle an si possis me nolis
alloqui qui tuus sum totus. qui nil cupio magis
q̃ tibi gerere morem. que si iubes in ignem ire
citius obediam q̃ precipias. mitte obsecro uer
bum hoc si non datur facultas. assit uoluntas.
neqꝫ me uerbis eneca. que uitaꝫ mihi oculis pre
bes. si non placet me alloqui petoqꝫ quod non
sit impetrandum obsequar. Sed muta senten
tiam illam qua meum laborem uacuũ dixisti
futurũ. absit hec crudelitas. mitior esto amãti
tuo. Si pergis sic loqui homicida es. nec dubita
facilius me uerbis interimes q̃ aliqs quiuis gla
dio. Desinam iam plura poscere ut reclames
tantũ peto. nihil hic est qd obicias. nemo põt
hoc te ꝓhibere. dic te me amare et beatus sũ
munuscula mea q̃uis quouismodo apud te sint
gratum est. illa te aliquãdo mei admonebunt
amoris. Sed ꝑua illa fuerũt et minora sunt que
nunc mitto. tu tantũ noli sꝑnere qd amator

donat maiora que indies ex patria mihi debent afferri cū aderunt · ex me recipies Anulus tuus nunq̄ ex digito meo recedet · et illū uice tua cre bris osculis · reddam madidū · Vale deliciū me um et mihi qd potes solamē dato · Sic cum fre quenter replicatū esset In hunc tandem modū Lucrecia dedit epistolam ·

Epistola Lucrecie

ellem tibi Euriale morez gerere / teqꝫ ut petis amoris mei ꝑticipē facere / nam id tua no bilitas meretur / et mores tui deposcuut ut in cassū non ames · taceo q̄tū mihi placeat forma tua / et plena benignitate facies Sed mihi nō ē usui te ut diligā / nosco me ipsā / si amare incipi am / nec modū nec regulam seruabo / tu hic diu esse nō potes / nec ego te postq̄ in ludū uenerīz possem carere · tu me nolles abducere et ego no lem manere · mouent me multaꝝ exēpla / que ꝑ egrinos amantes deserte sunt ne tuū amorē se quar · Iasō Medeā decepit · cuius auxilio uigilē interemit draconē Et uellus aureū asportauit Tradendus erat Theseus in escā Minotauro · Sed Adriane cōsilio fretus euasit · Illā tandē de sertā apud insulā dimisit · Quid Dido infelix que ꝓfugū recepit Eneā · Nōne illi peregrinus amor interitū dedit · Scio q̄tū piculi sit amor ē extraneum admittere · nec me tantis obiciā dis criminibus Vos uiri solidioris estis animi furo

remq̄ magis cōpescitis Femina ubi furere incipit· Sola pōt morte asseq terminū· Nō amant sed insaniunt mulieres Et nisi correspondeat amor· nil est amanti femina terribilius postq̄ enim receptus est ignis. nec famā curamus nec uitā· unicum remediū est / si copia sit amantis Nam quo magis caremus magis cupimus· nec discrimē timemus ullū· dūmō nostre libidini satisfiat· Mihi ergo nupte nobili diuiti consultū est amori uiā ꝑcludere Et tuo ꝑsertim qui nō pōt esse diuturnus· Ne uel Rodoperaphilis dicar uel altera Sapho Ideo te oratū uolo· ne ultra meū exposcas amorē Et tuū ut paulatiʒ cōprimas extinguasq̄· Nam id est uiris q̄ femis multo facilius· nec tu si me ut dicis amas· id ex me querere debes qd̄ mihi exicio est Sic ꝓ tuis donis remitto aureā crucē margaritis ornatā que licet breuis sit nō tamē precio caret· Vale Non tacuit Eurialus his acceptis Sed ut erat nouis scriptis incensus calamum suscepit· atq̄ sub hac forma dictauit litteram·

Epl'a Euriali ad Lucreciā·

Salue mi anime Lucrecia que me tuis litteris saluū facis· et si nō nihil fellis imisceas· sed hoc spero me audito detrahes· Venit meas in manus tua epl'a clausa et tua gemma signata. Hanc ꝛ legi sepe et deosculatus sū sepius· sed

hec aliud suadet q̄ tuus uideatur animus fuisse
rogas me ut amare desinam qa nō expedit tibi
p̄grini flāmas amoris sequi · et ponis exempla
deceptarum · sed hoc tam ornate culteqꝫ scribis
ut mirari magis et amare tuū ingeniū debeam
q̄ obliuisci · quis ille est qui tunc amare desi
nat quādo prudentiorē et sapientiorē aīaduer
tit amicam · si meū minuere uolebas amorē non
oportuit doctrinā tuam ostēdere · nam hec est
nō incensū extinguere sed ignē maximū ex par
ua cōflare fauilla · Ego dum legi magis exarsi · ui
dens forme tue p̄clare et honestati cōiunctam
esse doctrinā Uerba sunt tamen qbus rogas ut a
mare desinam · Roga mōtes ut in planū ueniāt
utqꝫ fontes sua repetant flumina tam possem
ego te nō amare · q̄ suum relinquere phebus
cursum · si possunt carere uiuibus stirie mōtes
aut maria piscibus · et feris silue · poterit et ob
liuisci Eurialus tui Nō est ꝑnum uiris ut reris
Lucrecia flammas extinguere · Nam quod tu
nostro sexui ascribis pleriqꝫ uestro assignant
Sed uolo hoc certamē modo īgredi · Ad ea me
respōdere oportet que in aduersum retulisti
Idcirco nolle enim te mihi correspōdere amāti
significas · quoniā multas pegrinus amor dece
pit · exemplaqꝫ ponis Sed possē ego quoqꝫ plu
res referre quos femine reliquerūt Troylū si
cut nosti Priami filiū criseis decepit deiphebū

helena pdidit Amatores circe suis medicamen tis vertebat in sues atque in aliorum terga ferarum Sed iniquum est ex paucorum consuetudine totum uulgus censere Nam si sic peregrinus et tu propter duos tres ue malos aut etiam decem uiros omnes accu sabis horrebisque. Et propter totidem feminas cetere omnes erunt odio mihi quin potius alia su mamus exempla Qualis amor Anthonii cleo patreque fuit et aliorum quos epistole breuitas re ferre non sinit Sed tu ouidium legisti Inuenistique post Troiam direptam achiuorum plurimos dum remeant peregrinis retentos amoribus nunquam in patriam reuertisse. heserunt namque amatricibus suis carereque potius necessariis regnis domo et aliis que sunt in patria cuique gratissima uoluerint quam amicas relinquere Hec te rogo mi Lucrecia co gites non illa que nostro sint amori aduersa et que pauci fecerunt. ego ea mente te sequor ut per petuo te amem simque perpetuo tuus Nec tu me peregrinum dixeris. magis namque ciuis sum quam qui hic nascitur. Eum namque casus facit ciuem me ue ro electio. nulla mihi patria erit nisi ubi tu sis et quamuis contingat ab hic me aliquando abire reditus tamen festinus erit Nec ego in teutoniam reuertar nisi res meas compositurus. ordinaturusque ut te cum esse quamdiu possim. facile manendi apud te re perietur occasio. multa his in partibus negocia Cesaris sunt hec mihi committi expedienda curs

bo nunc legatione fungar· nunc munus exercebo
uicariũ In etruria Ceſarẽ habere oportet· hanc
ego ꝓuinciã impetrabo Ne dubita ſuauiũ meũ
mea Lucrecia meũ cor ſpes mea· Si uiuere abſ
ꝗ corde poſſũ et te relinquere poſſum· Age iã
tandem miſerere amantis tui· q̄ tanq̄ ad ſolem
nix liqueſcit Cõſidera meos labores et modũ
iam deniq̄ meis martiriis ſtatue· quid me tam
diu crucias· miror ego mei qui tot tormẽta ꝑpe
ti potuerim· qui tot noctes inſomnes duxi qui
tot ieiunia tolleraui· Vide q̄ macer ſum q̄ pali
dus· pua res eſt que ſpiritum corpori alligatũ d̄
tinet· Si tibi aut ꝑentes aut filios occidiſſem
nõ poteras de me maius q̄ hoc ſuppliciũ ſumere
Si ſic me pugnis quia te amo· quid illi faues qui
tibi damnũ dederit aut malũ Ach mea Lucreci
a· mea hera· mea ſalus· meũ refugiũ ſuſcipe me
ingratiã· demũ reſcribe me tibi carũ eſſe· nichil
aliud uolo liceat me dicere· ſeruus Lucrecie ſũ
et Reges et Ceſares amant· ſeruos ubi fideles
norũt nec dii dedignantur redamare q̄ amant
Vale ſpes mea meuſq̄ metus· ut turris que
fracta iterius· Inexpugnabilis uidetur exterius
ſi amota acies fuerit mox confringitur Sic Eu
riali ꝟbis Lucrecia uicta eſt Poſtq̄ enim ſedu
litatẽ amantis apte cognouit et ipſa diſſimula
tum patefecit amorem atq̄ his litteris Euria
lo ſe aperuit·

Epistola Lucrecie

Non possum tibi amplius aduersari· nec te amplius Euriale mei amoris expertem habere possum / uicisti Iamque sum tua O me miseram / que tuas suscepi litteras / nimium multis exponenda sum periculis / nisi me tua fides et prudentia iuuet· Vide et serues que scripsisti In amorem iam tuum uenio Si me deseris et crudelis / et proditor / et omnium pessimus es· facile est femellam decipere Sed quanto facilius tanto turpius· adhuc res integra est si putas me deserendam dicito antequam magis amor ardeat· nec incipiamus quod postmodum incepisse peniteat· Omnium rerum inspiciendus est finis / Ego ut feminarum est parum uideo· tu uir es / te mei et tui curam habere oportet· do me nam tibi / tuamque sequar fidem· Nec tua esse incipio nisi ut sim perpetuo tua· Vale meum presidium meeque ductor uite·

Post hanc plures epistole misse utrinque sunt Nec tam ardenter Eurialus scripsit / quam feruenter Lucrecia respondit· unum iam utriusque desiderium erat simul conueniendi Sed arduum ac pene impossibile uidebatur omnium oculis Lucreciam obseruantibus / que nec sola unquam egrediebatur / nec unquam custode carebat Nec tam diligenter bouem iuuenis Argus custodiuit quam menelaus iusserat obseruari Lucreciam· uicium hoc apud Italos late patet· feminam suam quasi the

saurum quisq; recludit meo iudicio minus uti
liter. Sunt enim fere huiusmodi mulieres oēs
ut id potissime cupiant qđ maxime denegatũ
que ubi uelis nolũt. ubi nolis cupiunt. ultro hee
si liberas habent habenas minus delinquũt Ex
inde tam facile est inuitam custodire mulierē
q̄ in feruenti sole ]pulicum gregem obseruasse
Nisi suapte casta sit mulier. frustra maritus
nititur ponere seram Cohibe Sed quis custo
diet istos custodes Cauta est et ab illis incipit
uxor. Indomitũ animal est mulier. nullisq; fre
nis retinendum Erat Lucrecie spurius frater
huic sepe tabellas cõmiserat Eurialo deferēdas
Et hũc etiam sui moris conscium fecerat Cũ
hoc igitur cõuenitur Euriallum. ut clam domi
suscipiat. habitabat hic prope noeruecam suam
Lucretie matrem quã Lucretia sepe uisitabat
et ab ea sepius uisitabatur. nec enim magno in
teruallo distabãt. Ordo gero is erat ut clauso
in conclaui Eurialo postq̄ mater ecclesiasticas
audituras cerimonias exiuisset ]Lucretia sup
ueniret tanq̄ matrem domi conuenturam. qua
non inuenta reditũ expectaret. Interim uero
apud Eurialum esset post biduũ statutus erat
terminus. at hi dies tanq̄m anni uisi sunt aman
tibus longi ut bene sperãtibus hore producte
sint. male timentibus correpte. sed non arsit
amantium desideriis fortuna. Presensit nãq;

īsidias mater· atq̧ ut hic dies uenit egressa do
mum priuignum excusit / qui mox Eurialo tri
ste nuntiū tulit / cui non magis q̄ Lucrecie fuit
molestū / q postq̄· detectos agnouit dolos· hac
nō successit inqt / alia agrediemini uia· nec po
tens erit mater / meis obsistere uoluptatibus·
Pandalus uiro affinis erat / quez iam Lucre
cia fecerat archanoꝝ scium / Nec enim poterat
ignitus animus quiescere Significat igitur Eu
rialo / hunc ut alloquatur / quia fidus sit et con
ueniendi uiā possit mōstrare· At Eurialo non
uidebatur tutū illi se credere / quez Menelao
semp herentē intuebatur Et subesse fallaciam
uerebatur· Inter deliberandū aūt iussus est Eu
rialus Romā petere / atq̧ cum Pontifice max
imo de coronatiōe trāsigere· q res tuz sibi / tū
amice molestissima fuit Sed oportebat Cesa
ris impium ferre· Iter ergo mora duoꝝ mēsiū
fit Lucrecia interim domi manere / fenestras
claudere / mestas induere uestes / nusq̄ exire· mi
rantur omnes nec causā ciues noscere poterāt·
quasi ipsa uidua uidebatur et tanq̄ sol defecis
set / cuncti se putabant in tenebris agere· Do
mestici qui eā sepe incubantē lecticulo et nunq̄
letā uidebāt / egritudini imputabāt / et quicqd
remedioꝝ afferri poterat pquirebāt Sed nūq̄
illa uel risit uel thalamū egredi uoluit / nisi post
q̄ redire Eurialū et illi Cesarē obuiā isse cogno

uit· tunc enim quasi e graui sono excitata / lugu
bri ueste posita / et ornamētis redimita priori
bus / fenestras aperuit / letabūdaqꝫ illū expecta
uit· quam ut Cesar uidit· ne nega amplius inqt
Euriale / detecta res est· nemo Lucreciā te ab
sente uidere potuit / nunc qa redisti aurorā cer
nimus· Quis modus assit amori / tegi nō pōt
amor / nec abscondi tussis / Iocaris mecū ut so
les Cesar / et me in risū ducis Eurialus ait Ego
quid hoc sit nescio / hinnitus equoꝝ tuoꝝ / et
plixe barbe strepitus tue / illā forsitan sic exci
tauit / atqꝫ sic affatus Lucreciā furtim aspexit
et oculos cōiecit in oculos Eaqꝫ post reditū pri
ma cōsulatō fuit· Paucis deīde īteriectis diebꝫ
Nisus Euriali fidus comes / dum āxius amici
causā fauet / tabernā speculatus est / que post
Menolai domum sita In Lucrecie cameraꝫ re
trorsū habebat intuituꝫ· Cauponē igitur sibi
conciliat / spectatoqꝫ loco Eurialū adducit Et
hac inquit ex fenestra alloq Lucreciā poteris /
media inter utrāqꝫ domū cloaca fuit / nec omī
nec soli accessa / trium ulnaꝝ distātia fenestrā
Lucrecie disterminabat / hic diu consedit ama
tor / expectans si quis casus Lucreciā ostende
ret / nec deceptus est· Affuit tandē Lucrecia
Cumqꝫ huc atqꝫ illuc respiceret / quid agis ait
Eurialus uite rectrix mee / quo tendis lumina
cor meū· huc huc dirige oculos / presidiū meum

Tuus hi Eurialus est / me assum respice Tu ne hic ades inquit Lucrecia O mi Euriale iam te alloqui possum · utinā et amplecti ualerē · at istđ ait Eurialus / nō magno conatu faciā · scalā huc admouebo Tu obsera thalamū / amoris no stri gaudiū distulimus: Caue mi Euriale si me uis saluā · fenestra hic ad dexterā est uicinusqꝫ pessimus · nec cauponi credendū est qui parua pecunia et te et me pderet · sed alia incedemus uia · Sat est si huic sermoni nostro patet acces sus Respondit Lucrecia At mihi Eurialus in quit mors est hec uisio Nisi te semel amplec tor / meisqꝫ brachiis teneo mediam · diu ex hoc loco tractus est sermo · missaqꝫ huic per arun dinem sunt munera Nec Eurialus in donis q̄ Lucrecia liberalior fit ·

Sensit dolū Sozias / secūqꝫ frustra inquit amantum conatibus obsto · nisi hastu puideo 2 hera pibit et domus infamiā subibit · Ex his malis satius est unū auertere · amat hera nichil nocebit · si clam fit · Ipsa pre amore ceca est nec quid agat satis prospicit · si nō potest custodiri pudicitia satis est rumorē tollere · ne domus · in famis fiat · neue patricidiū cōmittatur · adibo 2 opam prebebo meā · restiti quoad potui ne cō mitteretur nephas · id quia nō licuit meū nō est curare · ut quod prius agitur ocultū sit · Parum enim refert nō agere · et sic agere ut nemo sciat

comune malū libido est· nec homo est que pestis
hec nō agitet et ille castior habetur qui cautior
agit· Dūq; sic fatur Lucreciā egressā thalamo
uidet· agressusq; feminā· Quidnā est inquit
q; nihil amoris mihi cōmunicas Eurialus nichilo
minus tibi dilectus est· et ut clam ames uide
cui des fidem · Primus sapiētie gradus est non
amare· Scdus ut sic ames ne palam fiat· sola hec
sine internūtio facere non potes· quanta michi
apud te sit fides longo iam tēpore didicisti si
quid mihi cōmittere uis Iube· mihi maxima cu
ra est ne amor iste detegatur et tu penā luas et
uir ōnīū oblationes ferat· Ad hec Lucrecia sic
est ut ais Sozia iquit et tibi magnā habeo fidē
sed tu uisus es nescio quomodo negligens et me
is desideriis aduersus· nūc q̄a sponte te offers
utar obseqīs tuis· nec abste decipi timebo · tu
scis quātū ardeo diu nō possū ferre hāc flammā
Iuua me ut simul esse possimus· Eurialus amo
re languet et ego maiori · nil peius est q̄ obsta
re cupiditati nostre Si semel iuicē couenitremus
tempatius amabimus· et tectus erit amor nos
ter Vade igitur Eurialoq; uiā unicam me acce
dendi dicito· Si ab hinc quatriduo dum rustici
frumentum afferunt uectoris psonam induat
optusq; sacco triticum in orreum per scalas fe
rat· Tute scis thalamum meum ad scalas habere
ostium, atq; omnia Eurialo dicito· Hic diē ma

nebo. et dum erit tempus sola in cubili ero. Ipse hostium impellat dum solus sit. et ad me ingrediatur. Sozia quis arduum facinus esset maiora tamen veritus mala provinciam suscipit Eurialoque invento cuncta ex ordine nunciat que ille iudicans levia libenter amplectitur seque impetratis accingit. nec aliud querit quam nimiam moram

Exclamatio auctoris.

O insensatum pectus amantis. O mentem cecam. o animum audacem / corque intrepidum. quid est tam nimium quod tibi non paruum videatur. quid tam arduum quod planum non extimes. quid tam clausum quod tibi non sit aptum. Tu omne discrimen parui facis / tu nichil difficile censes. Inanis est apud te omnis custodia maritorum. nulle te leges tenent. nulli metus. nulli pudori obnoxius es. Omnis labor tibi est ludus / tibi nil obstat usque. O rerum amor domitor omnium. tu virum primatem Cesari acceptissimum / divitiis affluentem / etate maturum / imbutum litteris / prudentia clarum: eo perducis ut posita purpura saccum induat / vultum sacco tegat. servus ex domino fiat Et qui nutritus in deliciis fuerat. iam humeros gestandis oneribus aptet Seque publicum baiulum mercede locet. O rem mirandam. pene que incredibilem / virum alioquin in consilio gravissimum Inter catervas vectorum cernere. atque in collu

me illa fereq hominum contubernium habuisse. Quis transformationem querat maiorem hoc est quod Ouidius. metha morphoseos. dum uult fieri ex hominibus aut bestias scribit. aut lapides aut plantas. Hoc etiam et poetarum eximius Maro sensit dum Cirthes amatores in terga ferarum uerti cantauit. Nam ita est ex amoris flamma Sic mens hominis alienatur. ut parum a bestiis differat / linquens croceum ti tonis aurora cubile. Iam diem referebat opta tum. moxq suum rebus colorem Appollo red dens expectantem recreat Eurialum. qui tunc se fortunatum beatumq sensit / cum admix tum se uilibus seruis. nulli noscendum uidit. Pergit igitur Ingressusq Lucrecie domum. frumento se onerauit. positoq in horreum tritico. ultimus descendeentium fuit. atq ut erat perdoctus. hostium maritalis thalami. qd in medio scalarum clausum uidebatur impellit seq intro recepit. et reclusis foribz solā lucre ciā serico nitentē uidit. atq accedens propius Salue mi anime inqt Salue unicum uite presi dium spesq mea. nunc te solam offendi. nunc qd semp optaui semotis arbitriis te amplec tar. nullus iam paries. nulla distātia meis obsta bit osculis. Lucrecia quis ordinem ipsa dedissz primo cōgressu stupuit / nec Eurialum sed spiri tum putabat se uidere. ut que uiruum tantū ad

ea picula itur sibi non suadebat· At ubi inter amplexus et oscula suū cognouit Eurialum / tu ne es inquit paupcule· tu ne hic ades Euriale et rubro p genas colore fuso complexa est arctius hominem / et media fronte dissaniata moxq̧ re petens sermonem· Heu quanto ait te discrimi ni subiecisti· Quid amplius dicam Iam me tibi carissimam scio· Iam tui amoris feci piculum Sz neq̧ tu me aliam inuenies· dii tamē fata secun dent et amori nostro prosperum uentum dent Dum spiritus hos reget artus preter te nemo Lucrecie potens erit· nec maritus quidē· si ma ritum rite appello qui mihi inuite datus est· et in quem animus nunq̄ consensit meus Sed age mea uoluptas meum delicium· abice saccum hūc Teq̧ mihi ut es ostende· Exue uectoris speciē hos fuges missos face Eurialum me uidere cōce dito· Iam ille depositis sordibus ostro fulgebat et auro· et amoris in officium pmus ibat· tum Sozias ante hostium pulsitans Cauete inquit amantes / nescio quid rerum querens Menela us huc festinat· tegite furta uestra dolisq̧ uir fallite Nihil est q̧ egredi putetis Tum Lucre cia latibulum inqt puum substrato est illic pre ciose res sunt· Scis tibi quid scripserim· Si te mecū existēte uir aduētaret Ingredere huc Tu tus his tenebris eris neq̧ te moueris neq̧ screa tum dederis· Anceps quid agat Eurialus mulie

ris Impium subit / illa foribus patefactis ad se
ricum redit Tum Menelaus et una bertus as
sunt cyrographa nonulla· ad rem publicam pti
nentia quesituri que postq̄ nullis sunt inuenta
scrinis· In latibulo nostro inqt Menelaus for
sitan erunt Lucrecia lumenq; affer huc intus
querendum est· His exterritus Eurialus uoci
bus exanguis fit· Iamq; odisse Lucreciam ince
pit atq; inter se· Heu me fatuum inquit · quis
me huc uenire cōpulit nisi leuitas mea Nunc d
prehensus sum nunc infamis fio · nunc Cesaris
gratiam pdo· quid graciam utinam uita mihi su
psit· Quis me hinc uiuum eripite emori certū
est· O me uanum et stultoꝝ hominum stultis
simum In hanc sentinam uolens cecidi· quid hec
amoris gaudia si tanti emunt̃ breuis illa uolup
tas est·dolores longissimi·O si nos hec pro reg
no celoꝝ subiremus· mira est hominum isciciа
labores breues uolimus pro longissimis tollera
re gaudiis· amoris causa cuius letitia fumo cō
parari potest Infinitis nos obiectamus angusti
is Ecce me ipsum iam ego exemplū iam fabula
omniū ero· nec quis exitus pateat scio· hinc si
me deoꝝ quispiam traxerit nusq̄ me rursus a
mor illaqueabit O decus eripe me hinc parce Iu
uentuti mee· noli meas metiri ignorātias i eser
ua me ut hoꝝ delictoꝝ penitenciam agam Nō
me amauit Lucrecia sed quasi ceruū in casses

uoluit deprehendere· Ecce uenit dies meus: au
dieram ego sepe mulierum fallacias nec declinare
sciui· At si nunc euasero nulla me unquam mulierum
lingua deludet· Sed nec Lucrecia minoribus
urgebatur molestiis que non solum sui sed aman
tis quoque saluti timebat· at ut est in periculis
subitaneis mulierum quam uirorum promptius ingenium
cogitato remedio· Age inquit mi uir cistella illic
super fenestra est ubi te memini monumenta non
nulla recondisse· Videamus an illic cyrographa
sint inclusa· subitoque decurrens tamquam uellet a
perire cistellam latenter illam decursum impulit
Et quasi casu decidisset proh mi uir ait adesto
ne quid damni senciamus· cistella ex fenestra
decidit· perge ocius ne Iocalia uel scripture dispe
reant Ite ambo· quid statis ego hinc ne quis fur
tum faciat oculis obseruabo·

Videte audaciam mulieris / nunc et femi
nis credito· Nemo tam oculatus est ut falli
non possit· Is dumtaxat non fuit illusus quem
coniunx fallere non temptauit· plus fortuna quam
ingenio sumus felices· Maritus hoc facto ber
tusque una repente in uiculum se precipitant·
Domus Etrusco more altior fuit· multique gra
dus descendendi erant· Hinc datum est Eurια
lo spacium mutandi locum· qui ex monitu Lu
crecie in nouas latebras se recepit· Illi collectis
iocalibus atque scripturis· quia cirographa quibus

opus erat non repererant · ad scrinia iuxta que
latuerat Eurialus transeunt · ibiq̄ uoti compo
tes facti · consalutata Lucrecia recesserūt · Illa
obducto foribus pessulo · exi mi Euriale · exi mi
anime inquit · ueni gaudiorum summa meoruȝ
ueni fons delectationum mearū Scaturigo le
ticie fauū mellis · ueni dulcedo incomparabilis
mea · iam tuta sunt omnia · iam nostris sermōi
bus liber campus patet · iam locus est amplexi
bus tutus · aduersari osculis nostris fortuna uo
luit · Sed aspiciunt dii nostrum amorem · nec
tam fidos amantes deserere uoluerunt · ueni iā
meas in ulnas · nichil est quod amplius uereare ·
meum lilium · rosarumq̄ cumulus · quid stas · qd
times · tua hic sum Lucrecia · quid cūctaris Lu
creciam amplexari · Eurialus uix tandem formi
dine posita sese recepit · complexusq̄ mulierē
Nunq̄ me inquit tantus īuasit timor Sed dig
na tu es · cuius causa talia tollerentur · nec istec
oscula et tam dulces amplexus obuenire cupiā
gratis debent · nec ego ut uerum fateor / satis
enim tantum bonum · si post mortem rursus
uiuere possem · teq̄ perfrui / emori milies uellē
Si hoc precio tui possent amplexus coemi O
mea felicitas · O mea beatitudo / uisum uideo
an ita est · teneo te · an somniis illudar uanis · tu
certe hic es · ego te habeo · erat Lucrecia leui
uestita palla / membris absq̄ ruga herebat · nec

uel pectus uel clunes mentiebatur· ut erant ar
tus sic se ostentabant· Gule candor niualis· ocu
lorum lumē· tanq̄ solis iubar· Intuitus letus· faci
es alacris · gene ueluti lilia purpureis mixta ro
sis· risus in ore suauis atq; modestus· pectus
amplū papille q̄si duo punica poma ex utroq; la
tere tumescebāt pruritūq; palpitātes mouebāt
Nō potuit Eurialus ultra stimulū cohibere Sz
oblitus timoris modestiam quoq; a se repu
lit Agressusq; feminā Iam inqt fructū suma
mus amoris· remq; verbis iungebat· Obstabat
mulier · curāq; sibi honestatis· et fame fore di
cebat· nec aliud eius amorē q̄ verba et oscula pos
cere atq; subridēs Eurialus· aut scitū ē inqt me
huc uenisse· aut nescitū Si scitū nemo ē· q non
cetera suspicet· Et stultū ē infamiā sine re sub
ire· si nescitū et hoc quoq; sciet nullus· hoc pig
nus amoris ē· emorior priusq̄ careā alii scelus ē
inquit Lucrecia scelus est· refert Eurialus bo
nis non uti cum possis· At ego occasionez mihi
cōcessam tam quesitam q̄ optatam amitterē
acceptaq; mulieris ueste pugnātē feminā q̄ uince
re uolebat absq; negocio uicit· nec ueneris saci
etatē ut cognita thamar pepit sed maiorē siti
excitauit amoris· memor tādem criminis Euria
lus · postq̄ uini cibiq; paulisper hausit repugnā
te Lucrecia· recessit Nec sinistre quisq̄ suspi
catus est quia unus ex baiulis putabatur ·

Admirabatur se ipsũ Eurialus dum uiam pge ret / Secumq́ʒ O si nũc Inquit obuiam michi se daret Cesar / neq́ʒ agnosceret quam illi habitus hic suspitionẽ faceret / quã me rideret / fabula oĩbus essem / et illi iocus· Nũq̃ me missum face ret donec sciret omnia / dicendũ esset quid sibi hec rustica uestis uellet / Sed fingerem non hãc sed aliam me dicerem adisse matronam / Nam et ipe hanc amat Nec ex usu est meũ sibi amo rem petere· Lucretiam nũq̃ proderem que me suscepit seruauitq́ʒ· Dũ sic loqtur Nisũ Acha tem Polimiumq́ʒ cernit / eosq́ʒ ṗit· Nec prius ab hiis cognitus est quã domi fuit· Vbi positis faceis pretextaq́ʒ sumpta rerum pandit euentũ dũq́ʒ quis timor et qđ gaudium intercessit me moriter narrat· Nunc timenti similis / nunc ex ultanti fit· Interimendum aũt heu me stultum inquit femine meum cõmisi caput· Non sic me pater admonuit / dum me nullius femine fidem sequi debere dicebat· Ille feminã animal esse di cebat Indomitum imfidum / mutabile / crudele mille passionibus deditum / Ego paterne Im memor discipline uitam meam Muliercule tra didi· Quid si me frumẽto oneratum aliquis ag nouisset / qđ dedecus / quenam infamia mihi et meis posteris euenisset / Alienum me Cesar fe cisset tanq̃ leuem et insanũ· potuissem hec cõ temnere· quid ait si me uir dum scrinia ꝓsat

latentem inuenisset | Seua est lex iulia · mechis ·
exigit tamē dolor · mariti maiores penas q̄ lex iu
lia cōcesserit · Necat hic ferro · necat ille cruētis
uerberibus · quosdā mechos ⁊ mugulis necat · S3
putemus uirū pepcisse uite mee · nonne me in ui
cula cōiecisset | aut īfamē cesari tradidiss3 · Dica
mus: et illius me manus effugere potuisse | ga
inermis erat | mihi q3 fidus ensis herebat lateri
At uir comitatus erat · et arma ex pariete pen
debant · captu facilia · In domo longus famuloꝝ
ordo · clamores mox inualuissent · et ostia fuis
sent clausa · tum de me suppliciū sumptum fuis
set · Heu dementem me · nulla me prudentia li
berauit hoc discrimine · sed casus tantum · qd
casus imo et promtum ingeniū Lucrecie · O fi
dam feminam · O amatricē prudētes · O insig
nē et nobilissimū amorem · cur me tibi nō credā
cur tuam non sequar fidem · mille mihi si assint
ceruices · omnes tibi cōmittam · tu fidelis es · tu
cauta · tu prudēs · scis amare · et amantem tueri
Quis tam cito excogitare potuiss3 uiam · qua
me querentes auerteret · ut tu ipsa cogitasti ·
Tu mihi hāc uitam seruasti · eandē tibi duoue
o · Nō meū est sed tuum qd spiro · nō erit mihi
duꝝ pdere ꝓpter te · qd per te teneo · Tu uite
mee ius habes · Tu necis Impiū · O candidū pec
tus · O dulcem linguā · O suaues oculos · O inge
niū uelox · O membra marmorea succiq3 plena

quando ego uos reuisam· quando iterum corallina labia mordeo· quãdo tremulã linguam ori meo imurmurantem denuo sentiã· Papillas ue nunquam illas retractabo· Parum est Achates qd in hac muliere uidisti quo pprior est femina / eo formosior est· Vtinam una mecum fuisses· Nõ tam canduallis regis libie formosa uxor fuit quam ista ẽ Non miror illum uoluisse nudam coniugem socio demõstrare / ut plenius sumeret gaudium· Ego quoque itidem facerem· si facultas esset Lucreciã tibi nudam ostenderem· Aliter autem nec tibi effari quãta sit eius pulchritudo possũ nec tu · quam solitum quãque plenum meum fuerit gaudium potes considerare· Sed congaude tu mihi / quia maior fuit uoluptas mea quam uerbis i queat exponi· Sic Eurialus cum Achate / nec pauciora secũ Lucrecia dicebat· eius tamen minor leticia fuit / quo taciturnior aliis fidem nõ habuit ut rẽ posset referre· Sororie nõ audebat prauerecundia totum narrare

PACORVS interea pãnonius eques domo nobilis / qui Cesarem sequebatur / Ardere Lucreciã cepit· Et quia formosus erat redamari putabat· solamque femine pudicitiã obstare sibi rebatur· Illa sicut mos est nostis dnãbus / õnes uultu blãdo intuebatur / Ars ẽ siue deceptio pocius / ne uerius amor palam fiat· Insanit Pacorus sit cõsolari potest / ni Lucrecie mẽtẽ pspeciat·



Solēt matrone Senē· adprimū lapidē Sacellum
diue marie quod in bethleē nūcupāt sepius visi
tare· Huc Lucrecia duabus comitata virginibꝫ
⁊ anu quadā ꝓficiscebat̄· Seqtur Pacorus / vio
lam in manu gestās deauratis foliis / In cuius col
elo epistolā amatoriā Subtilibꝫ inscriptā mem
branis absc̄ōderat · nec mirare· Tradidit enīꝫ
Cicero yliadē oratōnē ita fideliter scriptā sibi
ostēsā fuisse· ut testa nucis clauderet̄· Offert
violā Lucrecie· seq̄ꝫ commendat Pacorus· Res
puit donū Lucrecia· Instat pānonius magnis ꝑ
cibus· Tū Anus· recipe inqt hera donatū florē
qd times ubi nullū periculū· pua res est qua po
tes hūc militē placare· Sacuta est Lucrecia ani
lem suasionē / violāq̄ꝫ suscepit / ptrꝫq̄ꝫ ultra pro
gressa / violam alteri ex virginibus tradidit·
Nec diu post obviā facta sūt duo studentes·
qui virgūculam ut sibi florē traderet nō magno
negocio īduxerint· Apertoq̄ꝫ viole stipite / Car
mē amatorium inuenerūt· Solebat hoc hominū
genus ꝑgratū esse nostris matronis Sed postq̄
Cesaris curia Senas venit / irrideri / despici / et
haberi odio cepit· q̄a plus armoꝝ strepitus q̄ lit
teraꝝ lepor nostras feminas oblectabat · Hinc
grādis liuor ⁊ simultas ingēs erat· Querebātq̄ꝫ
toge vias, omnes quibus nocerent sagis· Vt er
go inde dolus patuit· ad Menelaum mox itur
epistolamq̄ꝫ ut legat rogatur· Ille mestus do

mū pergit / uxorē increpat / domūq͡ʒ clam oribꝫ m plet · negat se ream uxor / remq͡ʒ gestā expo nit et anus adducit testimoniū · Itur ad Cesa rem / fit querela / uocatur Pacorus / Is crimen fatetꝛ petēsq͡ʒ ueniā nunq̄ se post hoc Lucreciā uexaturū iureiurādo cōfirmat · sciens tamē Io uē nō irasci sed arridere piuriis amantū · sterilē flāmam ut magis ꝓhibitus erat eo diligentius sequebatꝛ · Venit hyems q̄ exclusis aliis uentis solū boreā admittebat · cadūt e celo niues · sol uitꝛ in lutū ciuitas · iactāt matrone ī uicos / iuue nes in fenestras niuē · hinc nactus occasionē Pa corus epistolā alterā cera includit / ceramq͡ʒ ni ue cingit / factaq͡ʒ pila in fenestrā lucrecie iacit · Quis nō omnia regi fortuna dicat · quis non fauorabilē eius cupiat flatū · Fati plus enī ualet hera benigni q̄ si te ueneris cōmendet epistola marti · Dicūt quidā nil esse qd̄ in sapiēti queat fortuna · hoc ego his sapientibus cōcedo qui so la uirtute gaudere qui et pauperes et egroti et in equo phaleris clusi uitam se credunt pos sidere beatam / qualem nullū adhuc uel uidi ul͛ fuisse putarim · Cōis hominū uita fauoībus for tūe indiget / hec quos uult eleuat et quos uult deprimit · Quis Pacorum ꝑdidit nisi fortuna · Nūquid prudentis consilii fuit in nodis uiole clausisse tabellas / et nūc beneficio niuis episto lam transmisisse · dicet aliquis fieri cautius po

tuisse· q̄ si hoc consiliū fortuna iuuisset et cau
tus hic et prudētissimus iudicatus fuisset· Sꝫ
obstās fatū· p̄lam ex Lucrecie manibus lapsā
apd̄ ignē duxit ·ubi solutis calore niuibus liq̄
factaq̄ cera tabellas manifestauit· quas tū ue
tule q̄ se calefaciebāt tū Menelaus qui aderat
plegerūt ·nouasq̄ lites excitarūt q̄s Pocorus
nō excusatiōe· sed fuga uitauit· Hic amor ex
usu uenit Eurialo ·Nā dū uir ingressus et ac
tus Pocori specula ē īsidiis Euriali locū fac· ue
rūq̄ ē qd̄ dici solet· non facile custodiri qd̄ a
pluribus impugnaē ·Expectātes amātes post
primū cōcunitū secdas nupcias Viculus erat in
ter edes Lucrecie atq̄ uicini partus per quē
pedibus in utrūq̄ parietem porrectis in fenes
trā Lucrecie haud difficilis p̄bebaē ascensus
Sed huc ascēdere solū noctu licebat Menela
o petēdū rus erat· ibiq̄ pnoctādū· qui dies ab
amātibus tāq̄m saturnaliorꝫ expectabaē · Fit
recessus mutatis Eurialus uestibus i uiculū se
recepit· stabulū ille Menelaus habebat qd̄ Eu
rialus docēte Sozia ingressus est· ibiq̄ noctē
manēs sub feno latebat· cum ecce Dromo qui
erat Menelai secdus famulus· equis p̄positus
ipleturus p̄sepia· fenū ex Euriali latere susci
pit· eratq̄ āplius suscepturus· ac eurialū furca
pcussurus· nisi Sozias obuiassꝫ· Qui ut discri
mē agnouit· da michi hāc opaꝫ ait frater bone

Ego pabulũ equis prebebo· Tu iterea loci uid
an nobis cena instructa sit Gaudẽdũ est dũ he
rus abest· melius est nobis cum domina q̃ cũ illo
Hec iocunda est et p̄liberalis · Ille iracũdus· cla
morosus· auarus· difficilis · nunq̃ nobis bene est
dũ ille adest· Vides ne uẽtres nostros q̃ ĩiquo
castigat modio· qui semper esurit· ut nos fame
cruciet ·nec sustinet muscidia frustra ceruli pa
nis cõsumi· sed hesternũ munical seruat in mẽ
sem ·uniusqꝫ cene siluros ·et ãguillas salsas· in al
terã differt ·et numerata fila sectini porri ne
quid tangamus signata recludit· Miser qui p̄
hec tormẽta q̃rit diuicias· Nã quid stulticius
quã uiuere paup̄em ut locuples moriaris· Quã
to melius hera que nõ cõtenta uitulis nos pasce
re et teneris hedis ·gallinas quoqꝫ turdosqꝫ
ministrat ⁊ uini copiã melioris Dromo cura ut q̃
ũcta popina sit istuc iq̃t Dromo cure hẽbo ⁊ mẽ
sã potius q̃ equos fricabo heꝝ ego hodie ĩ rus đ
duxi· qđ sibi male succedat· nũq̃ mihi uerbum
dixit· nisi uespi cum me remisit et equos· renũ
ciariqꝫ domine iussit· nõ se redituꝝ hac nocte
Laudo te Sozia· qui tandẽ odisse cepisti dñi
mores· Ego iam diu mutassẽ dominũ· nisi me
domina matutinis retinuissꝫ offellis. Nihil dor
miẽdũ ẽ hac nocte· bibamus· uoremusqꝫ donec
ueniat dies· Nõ tantũ per mensem lucrabitur
Herus quantum nos una cena consumemus

Audiebat hec Eurialus libens· tam et si mores
seruorū notabat· et idem sibi fieri non dubita
ret· cum Dromo abesset· utq3 Dromo recessit
assurgens· O q̄ inquit beatam noctem Sozia
tuo beneficio sum habiturus qui me huc duxti
Et ne patefierem probe curasti· uir bonus es
meritoq3 te amo· nec tibi non gratus inueniar
Aderat hora prescripta· letus Eurialus· q̄uis
duobus perfunctus discriminibus murum ascen
dit· Ad aptam fenestram subintrat· Lucreciaz
iuxta focum sedentem· paratisq3 obsomniis
expectantem reperit· Illa ut Amantem agno
uit assurgens medium complexa est· fiunt· blan
dicie· dantur oscula· itur in uenerem· tensis ue
lis· fessamq3 nauigio cytharam· nunc ceres refi
cit nunc bachus· Heu q̄ breues uoluptates
sunt· q̄ longe sollicitudines· uix horam Eurialus
letam habuerat Cum ecce Soziam· qui reditum
Menelai renūciat gaudiumq3 perturbat timet
Eurialus· fugere studet Lucrecia mensis absco̅
ditis obuiam uiro pergit· reuersumq3 salutat
et O mi uir inquit q̄ redisti· Nam ego te iam
uillicum rusticatum rebar· Quid tu cū rure
tam diu· caue ne quid olfaciam Cur non domi
manes quid me contristari absencia studes· sē
per dum abes timeo tibi· cum ne quā ardeas
formido· ut sunt infidi uxoribus suis uiri· quo
metu si uis me soluere numq̄ extra dormias

nec enim sine te nox est mihi ulla iocunda· Sed cena hic iam· post cubatum ibimus· Erant enim in aula ubi familia prandere solet· ibiq3 uirum detinere Lucrecia nitebatur donec Eurialus abeundi spacium suscepisset cui necessaria est morula quedā Menelaus autē foris cenatus erat· Seq3 in talamū recipere festinabat Tū Lucrecia parum me amas inquit ·cur non potius domi apud me cenasti ego quia tu aberas nec comedi hodie· nec bibi quicq̄· uenerūt tamen uillici ex Rosalia· nescio quid uini portantes· obtimū esse ferebant trebeyanū ·Ego pre mestitia nihil gustaui nunc quoniā ades· eamus si placet in cellariū introrsū gustemusq3 uinum Si ut illi dixerunt tam suauissimū sit· huisq3 dictis laternam dextera· uitrum sinistra manu recepit et in infimū penu descendit· tamq3 diu nūc hūc· nunc illū cadū terebrauit ac cum uiro pitisauit donec Eurialus putauit abisse· ac ita demū ad ingratos himeneos cū uiro trāsiuit Eurialū intempesta nocte domum repetiit

Sequēti luce siue q2 sic expediebat Camere siue suspicio mala fuit· fenestram Menelaus obstruxit ·credo ut sunt conciues nostri in coniecturis acuti ·Suspicionumq3 pleni· timuisse Menelaum loci comoditatem· utq3 parum fidebat uxori /occasionem demere uoluisse· Nam et si nihil conscius erat illi ·uexatam tamen femi

nā· multisq dieti tēptatā pcibus nō ignorabat Et animū cognoscere mlieris istabilē · cuius tot sūt uolūtates q in arboribus folia Sexus enī feieus nouitatis ē auidus · raroq uirū amat cu ius copiā habz· Seqbat ergo uiā maritorū pro mulgatam · quorum opinio est infortunum bo nis excludi custodiis· erepta ē huic cōueniendi facultas · nec mittendis litteris permissa liber tas est Nam et cauponem · qui est post edes Lucrecie· uinariam tabernam conduxerat ex qua solebat Eurialus affari Lucreciam ac litte ras per arundinem mittere · sicuti Menelaus suasit · magistratus expulit · restabat solus ocu lorum intuitus · nutuq tantum se consultabāt amantes· neq istac amoris extrema linea com mode perfrui poterant obliuisci nec in eo per seuerare ·

DVM SIC anxius Eurialus quid consilii capiat meditatur uenit in mentem Lucrecie monitum quod de Pandulo scripserat Mene lai sobrino· peritosq medicos immitatus qui bus mos est in periculosis egritudinibus anceps adhibere medicamentum et ultima potius ex periri q̄ sine cura morbum relinquere aggredi Pandalum statuit · remediumq suscipere qd antea refutarat· Hunc igitur accersito et in pe nitiorē ptē domus uocato Sede inqt amice· rem grandem tibi dicturus sum indigentem

bus· quas inte scio sitas diligencia fide · et taci
turnitate nolui iam dudū hec tibi dixisse· Sed
nō mihi adhuc plene cognitus· Nunc et te nos
co· et qa probate fidei es amo et obseruo Qd
si aliud de te nescirem· satis est quia omnes tui
conciues te laudant Tum comites· mei · quibus
cum amicitiam conflauisti· et qui scis et quanti
pendendus me certum fecere Ex quibus te cu
pere meam beniuolenciam didici· Cuius iam te
facio participem· quia non minus illa es dignus
q̄ ego sum tua · Nunc quid uelim quoniam in
ter amicos res agitur · Paucis exponam · Tu
scis mortale genus q̄ in amorem sit pronum
Seu uirtutis ē seu uicii· late patet ista calami
tas · nec cor est / si modo carneum est quod a
moris non aliquando senciat stimulos Scis
quia nec sanctissimum Dauid· nec sapiētissi
mū Salomonē nec Sāpsonē fortissimū ista pas
sio dimisit imunē Incensi p̄terea pectoris et a
moris ihibiti ea natura ē ut si qs p̄hibeat magis
ardeat· nulla re magis ista curatur pestis q̄ dilec
ti copia· ferūt plures· tū uiri tū mulieres tam
nostra quā maiorum nostroꝝ memoria· quibus
inhibicio durissime necis fuit occasio · Cōtra
uero plures nouimus q post concubitum et am
plexus passim concessos · mox furere desinerūt
Nichil consultius est postq̄ amor ossibus hesit
q̄ furori cedere Nam q aduersus tempestatē

nititur sepe naufragium facit· Et qui obtempe rat procelle superat· Hec ideo dixi quia te sci re amorem meum uolo· Et quid mei causa sis facturus· Tu qđ emolumētum hic sit oritur℞ nichil tibi tacebo ·quia iam mei cordis alteram te reputo partem· Ego Lucreciam diligo necꝙ hoc in Pandalo mea culpa est factum· Sed regē te fortuna· In cuius manu est quē colimus orbis Mihi non erant noti mores uestri· Nec huius orbis Consuetudines noram Putabam ego feminas uestras· quod oculis monstrant In corde sentire· Sed inestant homines uestre ma ritate non amant· hinc deceptus sum Credidi namꝙ amatum me Lucrecie fore· dum me lu minibus intuebatur placidis· Cepiꝙ contra di ligere· nec tam eligantem dominam dignam pu taui· cui uices non redderentur amoris· Non dum te noram uel tuum genus amaui putans a mari· quis enim tam saxeus est· aut ferreus q nō amet amatus Sed postq̄ fraudes noui me ꝙ dolis irretitum· ne meus sterilis esset amor nixus sum meis omnibus artibus illam incende re· ut par pari referretur· Ardere nāꝙ nihilꝙ urere· tum rubor erat ·tum anxietas aninmi que me die noctuꝙ mirum inmodum crucia bat· ut· adeo introrsus ut egredi nullo pacto ua lerē factū ē igit̄ ut me cōtinuāte par sit amor ambo℞· illa icensa est· ego ardeo ābo perimus

nisi tu sis adiumento· uir custodit & frater· Nō tam uellus aureā puigil draco seruabat· nec adi tū orti cerberus q̄ ista diligēter recludit· Nō ego familiā uestrā scio quia nobilis estis iter pri mores urbis· diuites· potētes· amati· utinā nun q̄ nouissem hanc feminā· Sed qs est qui possit resistere· satis nō eligi hanc· sed casus dedit a mandā· sic se res habz tectus adhuc amor est Sed nisi bene tegat magnū aliqd qd supi auer tant· mañ pariet· Possem ego forsitan me cō pescere· si hinc abirem· qd quāq̄ esset mihi gra uissimū facere tamen uestre familie gracia· si hoc putarē ex usu· nec nosco illius furorē· Aut me sequeret· Aut manere coacta manus sibi cōsciret· qd essz ddecus ppetuū uestre domus Quod igit te uolebā· teq3 uocaui nostri causa est· ut obuiem us hiis malis nec alia uia ē nisi ut amoris nostri s aurigā te pbeas· curesq3 ut bene dissimulatus ignis nō fiat aptus· Ego me tibi cōmēdo do· deuoueo· obseqre ue furori· ne dū oppugnat magis icēdat cura ut semel cōuenire possimus· quo facto mox humiliabit ardor tol lerabiliorq3 reddet tute scis aditus domus· Scis qn̄ uir abē· scis qn̄ ualeas itroducere fra ter uiri aduertē dus ē q ē ad has res nimiū psp cax lucreciāq3 tāq̄ lacū germani teneat magna cura custodit· iuersoq3 lucrecia xoba euersaq3 ceruices gemitus· screatus· tussi· risus attēte cōsi

